

770 rep. Castellamare a. 1688 m. Ian. a quibusdam rusticis in praedio quodam in praegrandi sarcophago magnis tegulis operto, in quo etiam plures maiores et minores urnae vitreae; deinde apud Petrum Andr. Andreinium Neapolitanum, postea Florentiae morantem GORI I (1726). Andreinio mortuo cum reliqua eius supellectile emit Ioannes Gasto magnus dux Etruriae GORI III (1743). Extat Florentiae in museo publico arm. XI, 52. — Ad hunc titulum quae adnotat MAFFEIVS (M. V.), ea vere pertinere videntur ad n. 771, ubi vide.

intus: tabella prior.

SER · GALBA · IMPERA TOR · CAESAR · AVCVST
 PONTIF · MAX · TRIB · POT · COS DES II
 VETERANIS QVI · MILITAVERVNT · IN LEGIONE
 I · ADIVTRICE · HONESTAM · MISSIONEM · ET
 5 CIVITATEM DEDIT · QVORVM · NOMINA · SVB
 SCRIPTA · SVNT · IPSIS LIBERIS · POSTERISQVE
 EORVM · ET · CONVBIVM · CVM VXORIBVS
 QVAS · TVNC · HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS
 IIS · DATA · AVT · SIQVI · CAELIBES ESSENT · CVM
 10 IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM · TAXAT
 SINGVLI · SINGVLAS · A · D ·

tabella posterior.

XI K IAN Dec. 22
 C · BELLICO NATALE COS p. C. 68
 P · CORNELIO SCIPIONE
 15 DIOMEDI ARTEMONIS F
 PHRYGIO
 DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX · TABVLA · AE
 NEA · QVAE · FIXA · EST · ROMAE IN CAPITOLIO
 IN ARA GENTIS IVLIAE

extrinsecus: tabella prior.

SER · GALBA · IMPERATOR · CAESAR · AVGVSTVS
 PONTIF MAX TRIB POT COS DES II
 VETERANIS · QVI MILITAVERVNT · IN · LEGIONI
 I · ADIVTRICE HONESTAM · MISSIONEM · ET · CIVI
 TATEM · DEDIT · QVORVM · NOMINA · SVBSCRIPTA 5
 SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQVE · EORVM ·
 ET CONVBIVM · CVM · VXORIBVS · QVAS · TVNC ·
 HABVISSENT · CVM EST · CIVITAS · IIS DATA · AVT
 SIQVI CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS · QVAS · POSTEA
 DVXISSENT · DVM · TAXAT · SINGVLI · SINGVLAS 10
 A · D · XI K · IAN
 C · BELLICO NATALE P CORNELIO
 SCIPIONE COS
 DIOMEDI ARTEMONIS F PHRYG IAVDIC
 DESCRIPTVM · ET RECOGNITVM · EX TABVLA · AENEA 15
 QVAE FIXA EST · ROMAE · IN CAPITOLIO
 IN ARA GENTIS IVLIA sic

tabella posterior.

TI · IVLIVS PARDALA · SARD
 C · IVLI · CHAR MI · SARDIAN
 TI · CLAVDI QVI · FIDINI · MAO 20
 NIAN
 C · IVLI · C · F · COL LIBON · SARD
 TI · FONTEIVS CERIALIS · SARD
 P · GRALTI · P · F AEM · PROVIN
 CIAL 25
 IPES IVS
 M · ARRI RVFI SARDIAN

27 SARDIMI Zangem., at faber sine dubio dare voluit SARDIAN.

Ser. Galba imperator Caesar Augustus, pontif(ex) maximus, tribunic(ia) potestate, co(n)s(ul) de-
 sign(atus) II

veteranis, qui militaverunt¹⁾ in legione²⁾ I adiutrice, honestam missionem et civitatem dedit,
 quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum, et conubium cum uxoribus, quas
 tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut, siqui caelibes essent, cum iis quas postea du-
 xissent dum taxat singuli singulas.

a. d. XI k. Ianuar. C. Bellico Natale, P. Cornelio Scipione co(n)s(ulibus).

770] Diomedi Artemonis f. Phrygio [L]audic(ea)³⁾

771] Matthaio Polai f. Suros.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea⁴⁾, quae fixa est Romae in Capitolio in ara gentis
 Iuliae⁵⁾.

¹⁾ mitarunt 771 extr. ²⁾ legioni 770 extr. ³⁾ IAVDIC 770 extr., om. 770 intr. ⁴⁾ aenea om. 771. ⁵⁾ in ara gentis Iuliae (Iulia extr.) 770, ad aram 771.

Descripsit accurate Zangemeister. Ed. Gori inscr. Etr. I (1726), 257
 ligno incisam et denuo 3, 144; Maffei *istoria diplomatica* (Mantuae 1727)
 p. 28 et denuo M. V. 97—100 utroque loco in aere incisam; Marini Arv.

p. 449 n. 2; Vernazza n. 2; Haubold n. 2; Cardinali n. 2 p. 38; Renier
 n. 19; ego vol. III p. 847 n. IV. Orelli 737.